



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

I. De electione episcopi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

CANONES.

I.

\* al. fa-  
cere eo-  
rum, qui  
\* promo-  
uentur,  
Non liceat populo electionem \* facere, qui ad  
sacerdotium \* prouocantur; sed iudicium sit epi-  
scoporum; vt ipsi eum qui ordinandus est, pro-  
bent, si in sermone, & fide, & in spiritali vita  
edoctus est.

II.

Episcopum oportet maxime quidem ab omni  
Concilio constitui: sed si hoc aut pro neces-  
sitate, aut pro longinquitate itineris, difficile fu-  
erit, ex omnibus tres colligantur, & omnium  
præsentium, vel absentium subscriptiones tenean-  
tur, & sic postea ordinatio fiat. Huius autem rei  
potestas in omni prouincia ad metropolitanum  
pertineat episcopum.

Dist. 63. cap.  
Non licet.  
& dist. 24.  
Episcopus.  
& dist. 64. c.  
Episcopum.  
Burch. lib. 1.  
cap. 10. Iuô  
p. 5. c. 64.  
ex Nicæn.  
Conc. c. 4.

III.

Non debet ordinari episcopus absque consi-  
lio & præsentia metropolitani episcopi. Adesse  
autem oportet omnes qui sunt in prouincia sa-  
cerdotes, quos per suam debet epistolam con-  
uocare. Et si quidem omnes occurrerint, melius:  
\* plures si autem hoc difficile fuerit, \* plures oportet  
occurrere. Qui autem non venerint, præsentiam  
sui per suas epistolas faciant: & sic omnium factò  
consensu, ordinationem episcopi fieri oportet. Si  
autem aliter, præter quod a nobis terminatum est,  
fuerit factum, talem ordinationem nihil præua-  
lere decernimus. Si autem secundum Canones or-  
dinatio episcopi fuerit facta, & aliquis \* contra, sua

Dist. 65. c.  
Non debet  
ex Concil.  
Antioch.  
Can. 19.

Concil. Tom. 12.

Q999